



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. XVI. Quantorum malorum mater sit detractio, & de famæ
restitutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

S. V.

Ruffin. A.
quil. num. 5.
Pelagius li-
bell. 10.
num. 97.

NArrat Ruffinus Aquileienſis, viros aliquot reli-
gioſos è cenobio miſſos, ut ad alios ſparſim per
eremum habitantes reſicerent. Delati ad anachoretam
ſenem, benignè comiterque in hoſpitiū recepti ſunt.
Senex ut itineris ad ſe facti moleſtias mitigaret, ſtatuit
ſuos hoſpites, quàm optimè poſſet, habere, & quid-
quid domi reconditum eſſet, explicato ſinu largiri. Eſt
nimium etiam in paupertate quædam quaſi prodiga li-
beralitas, non tam rebus, quàm animo metienda. Hanc
religioſam munificentiam ſenex ille induit, ut exemplo
ſuo hoſpites verecundiam ponerent, & auferent libe-
re, quod non erubereſceret dare amor. Veſpere poſt cenu-
lam, ut purabatur, lauriſculam, & ſuſas preces, cubi-
tum dedit ſuos convivas ſenex, ipſe ſeorſum modicè
quieſcit. Hiſc hoſpites ſomni benevolentiam concilia-
turi, liberaliùs inter ſe garrire cœperunt, & : Videte,
ajunt, iſti eremita lauriùs cenant, quàm nos in monaſte-
riis. Audiit hæc ſenex, & doluit pro beneficiis rependi
calumnias; ſed tacuit. Manè, cum jam diluſceſceret, iter
pararunt hoſpites, ut ad alium eremitam irent. Abeun-
tibus ſenex hoc unum commendans: Salutate, inquit, ex
me obſecro, amiſſiſſimū mihi eremitam, & hoc unum il-
li dicite: Attende, & olus ne iriga. Fideliter, ut juſſi erant,
hoc illi alteri nuntiarunt. Intellexit alter quamprimum
quid ſibi vellet hoc monitum. Quare ſuos hoſpites men-
ſa quàm pauciſſimā excepit. Cenæ caput erat panis ari-
dus & ſal: hiſce acceſſit modicum acetī & olei: hæc omnis
ferculorum ſeries. Interim eodem aſſiduā precum &
pſalmorum recitatione fatigavit. Hæc ratione invitos
in tertium uſque diem detinuit, necdum miſſionem da-
turus. At illi hoſpitalitate tam rigidā jam ſaturi, latenter
noctū proſeſcerunt. Ite, o boni, & in poſterum ſi quis
vobis gratiam fuerit gratificatus, ne illi calumnias pro
beneficio reddite. Diſcite liberalitati non detrudere.
Primus eremita vos ut hoſpites habuit, alter ut detra-
ctores pro merito tractavit.

Bern. ſerm.
24. in Cant.

Diſcā cum Bernardo conſigno: *Omniſ qui detrabit,
primū ſeipſum prodit. Vacuum charitate. Deinde quid aliud
detrahendo intendit, niſi ut iſ qui detrabit, veniat in odium vel
contemptum ipſi, apud quos detrabit. Ferit ergo charitatem in
omnibus qui ſe audiunt, lingua maledica, & quantum in ſe eſt,
necat funditus & exterminat.*

Hæc quàm rari ſunt, qui vitam ſic inſtituant ſuam, ut
non libenter reſpiciant alienam.

CAPVT XVI.

Quantorum malorum mater ſit DETRACTIO,
& de fame reſtitutione.

Levit. 19.
v. 14.

QUam longè Deus ab humano ingenio diverſit! Le-
ge veteri à Deo ſanctum eſt: *Non maledices ſurdo.*
Noſtro ſenſu contrarium fuiſſet imperandum: Non ma-
ledices aurito: quid enim hiſ ceremoniis opus ad ſur-
dum? Enimvero aliter ſapit Deus, quàm humana teme-
ritas. *Surdo*, inquit divina lex, *non maledices.* In hæc legis
verba Gregorius: *Surdo maledicere, ait, eſt abſenti &
non audienti detrudere: quemadmodum ſurdus non
audit quod dicitur, nec in ſe dicta diluere poteſt: ita nec
abſens & iſ, cui detrabitur, quidquam reſpondere, &
falſa minùs quàm ſurdus ſcit reſellere. Hinc igitur ſurdo
non maledicendum. At obſectator, legis iſtius negli-
gens, in abſentis famam audaciſſimè graſſatur; quod ſa-
ne non auderet, ſi præſens eſſet, quem adeo maledicā
linguā perſtingit.*

Greg. in
prologo. 3.
part. paſtoris.
cap. 1. ad mo-
nit. 36.
Quid ſit
ſurdo ma-
ledicere.

De peſtilentiſſimo Detractionis vitio, priore diſſer-
tatione agi captum, atque quid Detractio, quàm ea
multiplex, & quàm grave ſit delictum, jam explicatum
eſt. Nunc porro dicendum, quàm hoc crimen in re-

bus etiam levioribus fugiendum, cum maxima illi ma-
la ſemper ſint conjunctiſſima, præcipue verò alienæ fa-
mæ reſtitutio: quàm autem ea difficultis ſit, hic expo-
nemus.

S. I.

SI famulus in hero, ſi civis in vicino, nimiam loquen-
di paritatem obſervet, ita quidem ſi herus famu-
lum, ſi vicinus vicinum nullo ampliùs affatu dignetur,
ſignum ſatis luculentum eſt amicitia vel gratia non ma-
gnæ. Hæc ratione Pæmenius abbas dicere ſolebat: Cum
duplicis generis cogitationibus nihil loquendum eſt:
tandem illæ à ſeipſis deſinent eſſe moleſtæ. Cum Forni-
cationis & Detractionis cogitationibus nulli ſermones
miſcendi, invitantibus non reſpondendum, multa gar-
rientibus non attendendum: ſin aliter fiat, etiam ſi quis
reſiſtere conetur, damnum non evitabit. Neque ſolum
ea detractio cavenda, quæ directiſſimo aggreſſu Chari-
tatem & Juſticiam impugnât, ſed illa etiam quæ levio-
res noxas & vitioſitates non maximas, errata non ſum-
ma in lucem eruit. Ejuſ generis detractioſes reperti-
am inter bonæ notæ homines, qui ſubinde impruden-
tes aut inconfiderati, navos alienos benevolis auditori-
bus obtrudunt. Cum veteri poetâ ſentio:

*Iſte eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus:
Ut quaſtus habeant malè loqui de melioribus.*

Er quid miremur? genti humanæ innata eſt alienos
mores cenſendi proclivitas. Nemo non ſecum miniatur-
ulam gerit, ubi ubi liberit eam appreſſurus. Vitium
eſt hoc & tantò majus, quantò prudentiores aut reli-
gioſiores videri volunt, hi cenſores & Critici. Hierony-
mus cenſuris nos adeo intentos obſervans: *Tanta, in-
quit, huius mali libido mentes hominum invaſit, ut etiam qui
procul ab aliis vitiis reſceſſerunt, in iſtud tamen quaſi ex-
trimum diaboli laqueum incidant. Hanc judicandi temerita-
tem comitatur quandoque Invidia, cui agere eſt obla-
tos aliorum ſuccellus: huic ægrimonie minuenda, alienæ
nam famam, quacunque ratione poteſt, vellicat; ſibi
enim invidus tunc levius videtur agrotare, cum & alios
cernit non ex toto ſanos. Invidiam hæc & citiùs non
rarò præcedit occulta ſuperbia, quæ quis inſtigante,
præſertim aliis, certè vult ex æquari; hinc ne nimium emer-
gant alii, famam illorum ſublimiùs ituram deprimi, &
velut aviculæ accidit alas. Talia igitur colloquia, quibus
hominum proborum defectus recenſentur, gravium
ſæpe offenſionum ſunt ſeminaria. Cum enim quic-
modi errata narratores inveniunt, è facili ſuſpicionem
movenet, ut auditor cogitet: *Hæc, ſanctulus ille hoc au-
ſus eſt, utique audebit & majora: hominem ego puta-
bam eſſe tam ſtrictæ continentia: ut video, & ille quo-
que ſuos patitur manes. Sic plurimis fit injuria, eſt non
penitus auferatur fama: bona exiſtimatio certè minui-
tur, amor atque amicitia inter diverſos diſſuitur; abſens
ille, de quo talia ſparguntur, fit deſpectibilior: ita hoc ne-
gotium non uno malo abſolvitur. Neque hic deſenſio-
ni locus eſt, cum iſ qui patitur, non rarò vulnera ſua
ignoret: aut ſi ſciat, neſciat auctorem. Ita incauti & igna-
ri obruuntur. Præcipue verò delinquitur, cum magi-
ſtratu, eſt culpabili, eſt levioribus in rebus detrabitur.
Ut hic cautus redderet Eccleſiaſtes: *De cogitatione tuâ, in-
quit, regi ne detrahas, in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris de-
vitiis, quia & aves cali portabunt vocem tuam, & qui habent
pennas, annuntiabunt ſententiam.* En, non tantum obſo-
bſtruit detractio, ſed ipſas etiam cogitationes arcebat
hæc peſte. Et quamvis, mi obſectator, eum cui in au-
rem garris, enixe roges: *Quæſo te, non evulges, quod
ego tuis auribus credo; arcum cogita taciturnitatem
commiſſum: non tamen à vitio te purgas. Specimen
hoc eſt nobiliſſimæ ſtultitiæ. Dic enim quid illum roges
ut ſileat? teipſum priùs rogare hoc debuiſſes. Si non vis
efferri hæc foras, ne dicas; ſi tu ſilere non poſſis, quomodo
id***

do id exigit ab alio? Si tamen os tam impatiens sit ep[iscop]i, quid alieno sperabis?

Detractiones & detractores accusationes extreme odit Franciscus Assisius Seraphicus, de quo divus Bonaventura hæc narrat. Audiit Franciscus, quam ore temerario unus e suis multa diceret in alium; cumque variè accusaret. Igitur vicario suo id demandans: Surge, inquit, pater surge, & rem probè discute: quòd si accusatus sit insons, ita serò puni accusatorem, ut is omnibus sit exemplo, sentiaturque se puniri. Imò verò putabat Franciscus vestem religiosam ei detrahendam, quisquis alteri hoc famæ palliolum subtraxisset; ut quòd ille aliis, hoc alii facerent illi, eaque ratione detractor ad restituendam famam adigeretur.

S. II.

Trahit quidem post se Detractio catenam complurium malorum: nam auditor detractio[n]is fit peior; qui detrahit, jure suo appellatur calumniatoris cui detrahitur, hostis efficitur: ac verò huius catenæ globus plumbeus appensus est ingens, debita *Famæ restitutio*. Non minùs in reddenda famâ, quam monetâ, illud Augustini valet: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*. Et theologorum placitis notum est, non eos tantum qui confictum de alio crimen, sed illos etiam qui crimen verum, sed occultum iniuste prodiderunt, ad abolendam criminis opinionem sic obligari, ut vel famam restituere, vel certè æquivalentem famæ compensationem facere teneantur. Et est, cum detractor, non tantum cum suæ famæ dispendio, sed etiam cum vitæ suæ periculo obligatur alteri famam restituere. Neque de famæ solùm, sed & de damni reparatione hic agitur, si quod passus sit, quem diffamaveris. Et licet rem dixeris, neque abieris à verò, nihilominus tamen apud omnium eorum aures quas calumniis implesti, recantare cogeris & fateri, non quòd mendacio fefelleris (esto, verum dixeris) sed quòd illum talem traduxeris.

Si malum hoc unicum, scilicet *Restitutio[n]is obligatio* detractorem sequeretur, velis illa remitti & omnibus viribus fugienda esset. Cui enim non difficillimum accidit, palinodiam canere, & ablatam famam non sine tubore reddere? vestem pecuniam, supellectilem malè ademptam tam difficile non est restituere, & plerumque modus non deest id commodè faciendi; at famam reparare difficillimum est. Ex hac restitutionis difficultate delicti huius magnitudo vehementer crescit. Semel enim opinio vagata serpit ad plurimos, obambulat & urbes, & regna, ut notissimum jam sit ille omnibus, cuius plerique nec capillum norunt. Laudas iterum quem ante vituperasti? nihil agis; prima enim validius inhaerent, & jam abierunt ad plures; maximè cum noctura secundus serpat, profutura seriùs proveniant.

At dixeris: innumeras detractio[n]es committi, nullam tamen restitutionis mentionem unquam fieri. Hoc est quod acquisitè queror: sed num ideo pessimos mores inculpæ patrocinium trahemus? non continuò quòd aliquid fiat, rectè fieri dices. Infanientium multitudo non commendabiliorem facit insaniam. Negamus deinde nullam restituendæ famæ mentionem fieri: hoc potius crediderim, famam rarissimè restitui. Sed esto, restituatur subinde famâ, quàm id tamen lentè, quàm serò, quàm non integrè sit omisso, quòd vix unquam tantum redditur, quantum admittitur. O mortales, multa nimis ad supremum tribunal rejicimus, & ipsi statim vindicem Deum, qui huius iusticiæ tam severus est exactor, ut condonare malit quòd sibi, quàm quòd illis aliis debetur. Ea de causâ ipsi mortui quandoque adiguntur reddere, quod vivi neglexerant.

Vincentius Ferrerius, gente Hispanus, & divi Domini familià vir religiosissimus, qui sacra facundia, quâ pollebat, multa millia hominum hinc illinc evocavit ad

A audiendum. Hunc virum Callistus III. Pontifex Maximus, ad immortalitatem religione & memoriâ consecravit. Hic pro suggestu publicè hanc ipsam restitutionem famæ docuit. Pro viri reverentiâ, verba illius fideliter adnumero, sunt ista: *Sicut enim fur tenetur ad restitutionem, sic qui furatur famam proximi ex malitiâ, etiam si sit verum quod dixit, & erat secretum, tenetur ad restitutionem famæ, aliàs non poterit intrare paradysum*. Sed queritis, quomodo restituere? Respondeo quòd coram omnibus, coram quibus fuistis malè locuti, tenemini revocare dicendo, quòd non credant, quia malitiosè locuti fuistis, & si ille qui est diffamatus, scit hoc, oportet etiam ab eo petere veniam &c. Multi damnantur ex istis diffamationibus, quia verbum transiit, deinde non curant, nec confitentur, nec inde faciunt sibi conscientiam. Ita beatus Vincentius. Addit idem ardentissimus ecclesiastes, si quis hoc sacro detractet aut negligat, dum vivit, subinde post hanc hoc supplicio manes affici, ut veniam, velint nolint, cogantur à vivis petere. Eam in rem admirandum hoc commemorans: Erant, inquit, duo quidam qui alterius famam graviùs læserant; & unus quidem obrektorum, sicut & is cuius fama est læsa, etiamnum superstites sunt. At verò alter è detractoribus istis jam vitâ functis aliquanto tempore piacularibus flammis attentus est. Inde liberatus non continuò in superam sedes receptus, sed priùs famam, quam vivus improbè depravarat, integram iustus est reddere. Et ego scio, inquit Vincentius, istud esse verum, quòd anima rediit, quia ego ipse fui per ipsum diffamatus, & à me veniam petivit. O Deus, si tam lubricum ac difficile negotium est famæ, quid est quòd non caveamus ea nomina contrahere, quæ jam vitâ functi cogamur expedire? *Ordinatione tuâ, Domine, perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi: tam animi quam corporis, quàm & fortunæ bona, ideo etiam fama minime negligenda; hæc enim necessaria est, muneribus præsertim publicis ritè obeundis; eaque de causâ tam fama quam pecunia, & illa quidem potiori jure restituenda, si malâ fide sit adempta.*

S. III.

Fama inter ea quæ homini non inhaerent, bonum ingens. Nam uti Isidorus Pelusiota loquitur, *bona exi-* *Pelusi. lib. 3.* *firmatione melius ac præstantius nihil est: nec Croesi thesauros* *Pis. 142.* *quisquam cum eâ comparaverit. Tales enim esse censetur, quæ* *Pelin. 1. m.* *læsa cuiusque est; huius aures, huius intenduntur oculi. Melius* *cap. 62. sine* *omnibus quam singulis creditur; singuli enim decipere & decipi* *Panegy. ad* *possunt: nemo omnes, neminem unumquodque fefellerunt. Non impe-* *Trajan.* *ritè vetus poëta.*

Vt fama est homini, exinde solet pecuniam invenire: Ego si bonam famam mihi servasse, sat ero dives. *Plauti Mo-* *stellæ. act. 1.*

Fama bona cuique pretiosissima res est. Hinc tam grande crimen est, aut imminuere famam, aut rapere. Qui enim famam perdidit, multum sui victus, plurimum honoris sui amisit: jam negligitur, alioqui ad dignitatem homini provehendus; jam contemnitur, alioqui venturus in magistratum; jam deseritur, alioquin à multis juvandus.

Cui semel calcatur fama, mille mortibus cadit, & ad singulos auditores novâ cæde funestatur: sæpe dicta factaque narrantur, quæ nec dicta, nec facta, nec cogitata sunt unquam; dubia pro certis, falsa pro veris, conjectanea pro compertis habentur, singulique tales sunt quales sibi prona fingit suspicio, quæ dum vera non invenit, falsa comminiscitur, contenta læsisse. Tot malorum pectora conda est sæpe unica lingua, quæ, ut fortasse cognati quantumvis inepti ad munia extollantur, & hunc, & istum, & illum deprimat malevolis delationibus. Sed acerbis flagellis Deus hos tales excipiet, qui linguam velut macheram torarunt. De his apertissimè vates regius: *Exacerunt, inquit, ut gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, ut sagittarent in occultis immaculatum: subito sagittabant eum, & non timebunt, firmaverunt sibi firmamentum nequam.* *Psalm. 63.* *4. 5. 6.*

Exacerunt,

Detra-
cto-
res exa-
cunt lin-
guam ut
gladium,

Mass. lib. 6.
hij. indic.
post med.

Intendunt
arcum ut
sagittas

Psal. 72.
v. 9.

Et firmant
sibi sermo-
nem ne-
quam,

Titulum
mortis sibi
arrogant:
Nemini par-
co.

Psal. 21.
v. 21.

Cut David
a manu ca-
nis petiti
liberari.

Matth. 15.
v. 14.

Psal. 54.
v. 22.

Exacerunt: student enim huius rei, commentantur, & meditantur, quâ ratione linguam exacuant, & elinent. Thearidas olim interrogatus de cultro, quâ bene seinderet? Respondit: Melius quâm ulla calumnia. Neque illi linguam cuspident, ut ferramentum, sed, ut gladium; gladius admodum acutus sit necesse est, qui medium secat hominem; lingua corpus animumque dissecat. Si nenses equites, uti de iis Massaeus prodidit, elegantissimo ornatu armatâque praelium ineunt, quaternis ex ephippio pendentibus gladiis, quorum simul duobus perquam scienter utuntur: DetraCTORIS lingua non quatuor tantum, non centum duntaxat, sed sexcentos, sed mille secum gladios nunquam non vehit, ut gladium satis in promptu sit, ubi ubi demum conflictu est opus. Lingua detractoris, quandoque tantum incendiū excitat, quantum nec quatuor millia (quid dico?) quantum quadraginta, quantum centum millia militum non sopiant. Praeceptor gladius, venenata sica, peracutus pugio, penetrabile verutum, insidiosus dolones, recens novacula & praecceptor mordaxque lingua, sibi similia sunt. Addit Hebraeus psalmographus, *Intendunt arcum ut sagittas*. Sicut enim arcus eminus ferit, longè distans nocet, sic detractoris lingua, absentibus imminet, & vel ad mille miliaria distantibus damnum infligit. Intendit quis arcum istum in Germaniâ, & configit hominem in Galliâ, aut etiam in Hispaniâ degentem; hæc sagittæ trans mare volant. Imò lingua hominis in terrâ existentis cælum invadit, in superos pugnat, Deum laceffit. *Posuerunt in cælum os suum*. Sed & intima terræ viscera rimantur, jamque sepulchros lacerant: *Et intima eorum transivit in terrâ*. Hoc est vivos sepelire, mortuos ab inferis excitare. Pergit Plalces.

Firmaverunt sibi sermonem nequam, uti feroces tauri, cum ad iram proritantur, frontem corrugant, furiosos oculos in hostem defigunt, hunc sibi destinant, in hunc unum omnes impetus collineant: ita detractores perfiditâ fronte, pertusâ conscientia, ore ferreo pergunt evomere, quod animo conceperunt, & Christi de Charitate legem audacissimè contemnant. Hæc detractorum lingua titulum sibi arrogat, qui proprius est Mortis, **NEMINI PARCO**: sacros, politicos, notos, ignotos, probos, improbos, religiosos, profanos, amicos, inimicos juxta habeo. Nescit ulli parcere detractor, non adeo patri ac matri. Quid? quod volupatum illi quoddam genus sit, obloqui; & male dicere inter beneficia ponat; ac inter ingenii felicitates numerare, invenire quod in alio reprehendat, & inter acumina censleat reperire & enarrare, quod nusquam est. Vociferatur rex David: *Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam*. Per frameam Augustinus designatam ait detractoris linguam: per canem Cassiodorus ipsum detractorem. Sed cur a manu canis liberari vult rex Hebraeus? dixisset, Ursi aut Leonis; quid enim canis tantopere timendus est? Imò verò est: Ursi & Leonem quis non cavet? at sunt canes qui placidè accedunt, sed tibi subitò morsu appetunt, aut si Britannici sint, erigunt sese & caput invadunt. Tales expertus est rex David. Et qualis molossus erat Saul, qualis Semei, qualis Absalon & Seba, qualis Achitophel & Doeg? verè canes molossi, nullumque incommoditici.

Christus in more positum habuit presentes oburgare, commendare absentes. Et hæc genuina lex Christi ritus est, reprehendenda toram & aperto Martereprehendere, ne verò laudem inquinat adulatio, laudanda non in præsentia laudare. Christus presentes acerrimè invecus, hypocritas, generationem adulteram, gemina viperarum, sepulchra dealbata, filios diaboli vocavit; absentes verò nominans Oves: *Non sum, inquit, missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël*. Nos prorsus contrarium facimus, presentes laudamus, absentes vituperamus & calumniamur. *Molliti sunt sermones ejus su-*

A per oleum, & ipsi sunt jacula. In hunc omnino modum locuti Pharisei, Christum præsentem & coram Magistrum, Dominum, Doctorem veritatis dicebant; absentem, fabri filium, potatorem, mensarum affectum, seductorem appellabant.

§. IV.

Sed sublimius à Christo documentum ante oculos constituitur. Præcorum Patrum sententia est, Christum dominum quo die cum suis ultimum cenavit, corpus & sanguinem suum tam Judæ Iscariotæ quâm Apostolis ceteris beneficentissimâ manu porrexisse. Hic ego te, mi Christiane, ingenuâ simplicitate interrogem, si tu inimicum tuum, unico tui capitis pilo, juvare posses, faceres? Novi equidem quid ad jussemodi quæstiones multi soleant respondere; Laqueus adversario, patibulum hosti, inimico rota. Sed audite, ô pessimi obdetractores, quid exempli statuerit Christus in inimico. Dum Iscariotes proditorem coqueret, dum transitum pararet ad hostes, Christus illi suum corpus suumque sanguinem dedit epulandum. Ah, qui potuit nequissimum hominem tanto dignari honore, quomodo cenâ tam pretiosâ non exclusit hunc sacrilegum, proditorem istum, diabolum, qui jam in facinus immanissimum confenserat, qui jam tunc suo domino crucem in suo pectore statuerat; quomodo, inquam, hunc parricidarum coryphæum inter Apostolos confidere passus, dominici corporis & sanguinis convivam? Imò ante hunc ipsum latronem misericors Dominus in genua prostratus est, velut offensam deprecaturus, & illi omnium primo, ut aliorum opinio est, pedes lavit. Parat enim Fulvius Ursinus in supremâ Domini cenâ Apostolos hoc ordine accebuissse, ut in capite mensæ Christus in primis, Joannem & Judam, à Joanne proximus Petrus, sic, qui alioqui in aurem insurrexerat Joanni commode nequisset; reliqui deinceps utrumque mensæ lateri occuparint. Nec dissentit Chrysostomus, qui: *Credibile est, Chrysostomus inquit, proditorem impudenter ante Apostolorum principem discubuisse*. Thomas Aquinas existimat, studio Christum suo lateri proximum habuisse Iscarioten proditorem, molliendo homini. Et hinc verissimum Judæ ante Petrum lotos pedes. Sed quod huc maximè spectat: Noluit suavissimus Dominus Judam occulte etiamnum flagitii reum à piorum communione repellere, noluit facinus Iscariotæ jam deliberatissimum detegere; non fuere, non proditorem, non homicidam appellans, sed nomen ac famæ scelestissimi hominis parcens, dum ipse se auctor proderet. Hinc etiam sacerdoti non licet à celesti mensâ ullum publicè repellere, tametsi sciat adesse hominem leali noxâ infectum. Et quâ ratione, quâ fronte nos audemus alter alterius scelera detegere, & velut cathedrâ recitare? Hinc jam liquet, quâ capitalis sit noxa, Detractio, & quâm severâ lege vetita.

§. V.

Plinius refert camelum aliter potu non gaudere, nisi prius proculcatione obturbatâ aquâ. Superbum animal suam sibi deformitatem ab aquâ pellucidâ monstrari non fert: sic homines nauci, illiterati, famæ non optimæ hoc agunt quod cameli, hominum proborum famam obturbare nituntur diversis detractioibus, ne soli putentur esse deformes. Sanctissimum est illis decretum Ephesiorum, *Nullus inter nos excellens esto*. Quam parum labore segnis famulus, tunc maximè apparer, si unâ cum illo laborem subeat indultius: homo religiosus tunc enitet maximè, cum ei adstituitur homo vanus, & omnis religionis expertus. Ut igitur viriosi minus erubescant maculas suas, detractioibus alios quoque maculas ostendunt; & tum deum se pulchros credunt, cum & ceteros deformes ac rugosos asserunt. Quid vultis, ajunt, non est sanctior aliis, quem vos sic extollitis: nec ille

nec ille angelus est, quem adeo putatis nitere. Cum nihil habent dicere: Multa, inquit, in hunc hominem narranda suppeterent, sed camarinam movere nolumus; tacemus. Hoc ipsum non est tacuisse, sed jam non obscure detraxisse. Sed hæc ideo mustatis, quia vestros in talibus mores non agnoscitis. Pharisei Christum nunquam non odio prosequuntur, quoniam dissimilis est aliis vita illius. Hinc illæ Phariseorum voces, potator est, labbarum temerat, pessimis quibusque sese aggregat. Quam præclare de his vaticinatus rex David, *Qui retribuunt, inquit, mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Pro eo ut me diligenter, detrahebant mihi, ego autem orabam.* Ideo vociferatur Chrysostomus: Es homo, ne venenum evomas aspidum. Homo es, fera ne fias: propterea tibi factum est os, non ut mordeas, sed ut medearis. Idem Augustinus præcipiens: Quo modo iascris alteri, ait, quando de te male loquitur, sic iascris tibi, quando de altero male loqueris.

Deus olim per Isaiam promulgari iussit: *Mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua.* Obsecro & vestras linguas mitite, detractores, ut illæ iurandum dent Deo, se deinceps in potestate rationis futuras, nullius famam læsuras, nec minimam quidem detractone; leviores etiam defectus tacituras. Et hic consilium suggerens Chrysostomus: *Natura, inquit, viperarum talis est; cum non morderit hominem, statim currit ad aquam: si autem aquam non invenerit, moritur.* Ita prorsus, si quis venenum detractonis aliorum auribus instillat, si vox exciderit incauta, famam alienam violatur, mox eadem hora fontem Penitentiae accurret, detraxisse doleat, deinceps futurus cautior; atque si ullo modo possit restitutus quæ lingua clanculum ademittit. Difficile hoc quidem, sed necessarium: & melius est ablata restituere, quam cum ablatis perire.

CAPVT XVII.

Quibus titulis afficiendi DETRACTORES, & quibus suppliciiis sepe sint affecti.

Natura rerum omnium providens, uti Plutarchus philosophatur, homini dedit aures geminas, unicam verò linguam: minus enim loquendum, quam audiendum. Nec aliter è Christi gymnasio discipulus Jacobus Apostolus sentiens: *Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum.* Siquidem membrum nimis lubricum est lingua, & vix unquam labitur sine noxâ vel suâ vel aliorum. Eruditè dixit Anacharsis philosophus: *Tutus est labi pedibus quam lingua.* Hinc raro nos pœnitet silentii, sermonis frequentissimè, uti eleganter cecinit Ausonius:

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

Rem suo exemplo confirmavit Xenocrates, cum enim maledico sermoni quorundam summo silentio interesset, unus illorum quæsit, cur solus adeo contumaciter linguam cohiberet? Respondit Xenocrates: Quia me in commune dixisse aliquando pœnituit, tacuisse nunquam. Modestè tetigit tam placido responso dicacissimos obrectatores.

De perniciosissimo Detractionis vicio, proximis distillationibus dictum, Quid, & quodplex, quamque grave ac noxium sit delictum Detractio; quam etiam difficultis, necessaria tamen sit famæ restitutio, explicatum. Jam progredimur, Detractores ipsos, eo quo merentur penicillo, depicturi.

§. I.

Injuria nemini erit, qui scapham, scapham; qui ligonem, ligonem appellavit: sua rebus nomina sunt assignanda.

A Varium est Detractorum nomen, prout ipsi sunt varii, & modò hos, modò illos lacerant, jam vulpinam, jam leoninam pellem habent induti. E speciosissimis Adulatorum titulis, unum sibi vendicant etiam Detractores.

1. Canes sunt. Siracides aperte: *Sicut sagitta, inquit, infixa femori canis, sic verbum in corde stulti.* Non quiescit canis dum excidat quod hæret lateri: sic & detractor, si quid vel ipse curiosissimis oculis viderit, vel longissimis auribus audierit, mox effutit. Convenientissimum canibus pabulum, succus panis & ossa. At verò hi canes humanâ specie velati, non tantum ossa rodunt, sed velut elurientes lupi carnes inhiant, & quidem humanas. Job gravissimè questus: *Quare, inquit, persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?* Caninis namque dentibus semper ringentes, & insultantes mordetis, comeditis, absumentis meam existimationem & famam. *Qui aliena vita detractone pascuntur, inquit Gregorius, alienis proculdubio carnibus saturantur.* Detractor ipsas etiam medullas, abditissima quæque hominis, Intentionem ipsam tanquam Deus judicat; suum Deo gladium, si possit, eripiturus. Detractor humanæ carnis tam appetens est, ut quandoque nec parentibus parcat, sed velut Actæonem, multum reluctantem, & clamantem

Actæon ego sum, dominum cognoscite vestrum, canis nullus pro Actæone nosse voluit: ita hi nec à dominiis nec à parentibus dentes abstinent, obvios mordere, solenne illis est. Ezechiel prædixit: *Patres comedent filios in medio tui, & filii comedent patres suos.* Addit Hieremias: *Et unusquisque carnem amici sui comedit.* Detractor morfu vel unico, episcopum, archiepiscopum, Pontifices, duces, reges, Cæsares commolere potest; & licet esurialibus diebus carne bubulâ vel ovillâ, non tamen abstinet humanâ. Detractor vero nomine Canis est, qui macellum omnè scrutatur, ore semper cruento. Cave canem hunc, cave. Illius vox est: *Veni nobiscum, insidiamur.* *Sanguini, abscondamus tendiculus contra insontem frustra: de gladium eum sicut infernus viventem, & integrum quasi descendentem in lacum.*

2. Erius marinus est detractor, aculeorum plenissimus, quibus pedum loco utitur; piscibus omnibus timori est. Detractor intus & foris aculeatus est; quacunque tetigeris, cave; cave murices, inuncaberis. Erius adest, detractor tibi imminet. Hunc si interroges: Nunquid novi? Protinus narrare incipiet hunc in modum: *Ille heri fuit ebrius: iste tantum & tantum æris decoxit aleâ, hic visus est ingredi lupanar, iste cui semper Mars in manu est, duos dentes amisit altercando & pugnando, ille mercator viginti philippeis emptores circumvenit &c.* His aculeis inserpit Erius iste, hæc illius narrationes sunt, ita omnibus piscibus horrore est. Nam quod Siracides docet: *Linguatus & temerarius in Eccli. cap. 9.* verbo odiosus erit.

3. Scarabeus & Hirudo est detractor. Chrysostomus: *Omnes, inquit, avertantur maledicum, ut eum qui lutum redoleat, ut hirudinem qua sanguine, ut scarabæum qui stercore, Chrys. in ps. alienis malis, aluntur.* Tu ergo apes amulare, & flores è vepribus lege ac favos concinna. Guilielmus Peraldus: *Os detractoris & maledici, ait, aquimarium est diaboli, quod non lustralem & sacram, sed sordidissimam detractonis aquam continet.* Ex hoc vale, diabolus plurimos impurâ circumfert undâ: at hanc non in vultum sed in tergum perpluit; boli absentibus enim officit detractor non præsentibus, uti hirudo sanguinem plerumque trahit à tergo sequentem. Sed sciant quicumque aliis detrachere consueverunt, hos sæpe gravius peccare, qui scelus aliorum aperiunt, quam qui committunt.

4. Porcus est detractor: hæc enim bestia cum in agrum fortè irruit, non flores sed fimum accurrit; ita ille non observat quod boni exempli est, sed quod mali; oculis pascit vetitis. Cum Balaam detractaret maledicere Iffaci,

1. Canes sunt. Eccli. c. 19. v. 12.

Job cap. 19. v. 22.

Greg. lib. 4. mor. c. 14.

Ovid. lib. 3. metamorph.

Ezech. c. 5. v. 10.

Hierem. c. 19. v. 9.

Prov. cap. 1. v. 11.

2. Erius marinus, Eccli. cap. 9. v. 25.

3. Scarabeus & hirudo, Chrys. in ps. 49. paulo ante finem.

Os detractoris est diaboli, quod non lustralem & sacram, sed sordidissimam detractonis aquam continet.

4. Porcus est detractor: hæc enim bestia cum in agrum fortè irruit, non flores sed fimum accurrit; ita ille non observat quod boni exempli est, sed quod mali; oculis pascit vetitis.

Cum Balaam detractaret maledicere Iffaci,